Ie ne fay rien
sans
Gayeté
*(Montaigne, Des livres)*

Ex Libris
José Mindlin

# De Inſulis inuentis

Epiſtola Criſtoferi Colom (cui etas noſtra multū debet: de Inſulis in mari Indico nup̄ inuētis. Ad quas perquirendas octauo antea menſe: auſpicijs et ere Inuictiſſimi Fernandi Hiſpaniarum Regis miſſus fuerat) ad Magnificum dn̄m Raphaelez Sanxis: eiuſdē ſereniſſimi Regis Theſaurariū miſſa. quam nobilis ac litterat⁹ vir Aliander d' Coſco: ab Hiſpano ydeom̄ate in latinū conuertit: tercio kl's Maij. M.cccc.xciij. Pontificatus Alexandri Sexti Anno Primo.

Uoniam ſuſcepte prouintie rem p̄fectam me ꝯſecutum fuiſſe: gratū tibi fore ſcio: has ꝯſtitui exarare: que te vniuſcuiuſqꝫ rei in hoc noſtro itinere geſte inuenteqꝫ admoneāt. Triceſimotertio die poſtq̄ Gadibus diſceſſi: in mare Indicū perueni: vbi plurimas Inſulas innumeris habitatas hominib⁹ repperi: quaꝝ oim̄ p̄ feliciſſimo Rege noſtro: preconio celebrato ꝛ vexillis extenſis: cōtradicente nemine poſſeſſionē accepi. primeqꝫ earum: diui Saluatoris nomen impoſui (cuius fret⁹ auxilio) tam ad hāc q̄ ad ceteras alias puenim⁹. Eam vero Indi


Inſula hyſpana

Guanahanyn vocant. Aliaꝝ etiã vnã quanqꝫ
nouo nomine nuncupaui. Quippe aliam Inſu
lam Sancte Marie Cõceptiõis. aliam Fernã-
dinam. aliaʒ Hyſabellam. aliã Iohanam. ⁊ ſic
de reliquis appellari iuſſi. Quã primũ ĩ eã In-
ſulam quã dudũ Iohanam vocari dixi appuli
mus: iuxta eiꝰ littus occidentẽ verſus aliquã-
tulum proceſſi: tamqꝫ eam magnã nullo reper
to fine inueni: vt non inſulam: ſed cõtinentem
Chatay prouinciã eſſe crediderim: nulla tamẽ
vidẽs oppida municipiaue in maritimis ſita cõ
finibus: preter aliquos vicos ⁊ predia ruſtica:
cum quorũ incolis loqui nequibam: quare ſi-
mul ac nos videbant ſurripiebãt fugam. Pro
grediebar vltra: exiſtimans aliquam me vrbẽ
villaſue inuenturum. Deniqꝫ videns ꝙ longe
admodum ꝓgreſſis: nihil noui emergebat: et
huiuſmodi via nos ad Septentrionem defere
bat: ꝙ ipſe fugere exoptabam: terris etenim re
gnabat bruma: ad auſtrumqꝫ erat in voto cõ-
tendere: nec minus venti flagitantibus ſucce-
debãt. cõſtitui alios nõ operiri ſucceſſus: et ſic
retrocedens ad portum quendaʒ quem ſigna-
ueram ſum reuerſus: vnde duos hoĩes ex no-
ſtris in terram miſi. qui inueſtigarent: eſſet ne
Rex in ea prouincia/ vrbesue alique. Hi per


Fernãda
hyſpana
yſabella
ſaluatorie
Conceptois
marie

tres dies ambularũt: inuenerũtqꝫ innumeros
populos ⁊ habitatões: paruas tñ et abſqꝫ vllo
regimine: quapropť redierũt. Interea ego iã
intellexerã a qbuſdam Indis: quos ibidẽ ſu-
ſceperã: quõ hmõi prouincia: inſula quidem
erat. ⁊ ſic perrexi orientẽ verſus: ei⁹ ſemp ſtrin
gens littora vſqꝫ ad miliaria. cccxxij. vbi ipſi⁹
inſule ſunt extrema. hinc aliã inſulã ad orien-
tem proſpexi: diſtantem ab hac Johana milia-
ribus. liiij. quã protinus Hiſpanam dixi: in eã-
qꝫ cõceſſi: ⁊ direxi iter quaſi p Septentrioneꝫ
quẽadmodũ in Johana ad orientem: miliaria
dlxiiij. que dicta Johana ⁊ alie ibidem inſule
q̃fertiliſſime exiſtunt. Hec multis atqꝫ tutiſſi-
mis ⁊ latis: nec alijs quos vnq̃ viderim cõpa-
randis portib⁹: eſt circũdata. multi maximi ⁊
ſalubres hanc interfluũt fluuij. multi quoqꝫ et
emmẽtiſſimi in ea ſunt montes. Om̃es he inſu
le ſunt pulcerrime ⁊ varijs diſtincte figuris: p-
uie: ⁊ maxima arborꝝ varietate ſidera lamben
tiũ plene: q̃s nũq̃ folijs priuari credo: quip-
pe vidi eas ita virẽtes atqꝫ decoras: ceu mẽſe
Maio i hiſpania ſolẽt eẽ: q̃ꝝ alie florẽtes: alie
fructuoſe: alie ĩ alio ſtatu: ſm vniuſcuiuſqꝫ q̃li
tatẽ vigebãt: garriebat philomena: ⁊ alij paſſe
res varij ac inumeri: mẽſe Nouẽbris q̃ ip̄e per
eas deambulabã. Sunt p̄terea in dicta inſula

Johana ſeptē vel octo palmaꝝ genera: q̄ ꝓce
ritate ꝛ pulchꝛitudīe (queādmodū cetere oēs
arboꝛes/herbe/fructuſq̃) nr̄as facile exuperāt
Sūt ꝛ mirabiles pinꝰ/agri/ꝛ pꝛata vaſtiſſima/
varie aues/varie mella/variaq̃ metalla: ferro
excepto. In ea aūt quā hiſpanā ſupꝛa diximꝰ
nūcupari: maximi ſunt mōtes ac pulcri: vaſta
rura/nemoꝛa/campi feraciſſimi/ſeri/paciſq̃ ꝛ
cōdendis edificijs aptiſſimi. Poꝛtuū in hac in
ſula cōmoditas: ꝛ pſtantia fluminū copia ſalu
bꝛitate admixta hoīm: q̄ niſi quis viderit: cre=
dulitatē ſupat. Huius arboꝛes paſcua ꝛ fructꝰ
multum ab illis Johane differūt. Hec p̄terea
Hiſpana diuerſo aromatis genere/auro/me=
tallisq̃ abundat. cuiꝰ quidē ꝛ oīm aliaꝝ quas
ego vidi: ꝛ quaꝝ cognitionē habeo: īcole vtri
uſq̃ ſexus nudi ſemp incedūt: queādmodum
edunt in lucem. preter aliquas feminas. q̄ fo=
lio frondeue aliq̄: aut bombicino velo: pudē=
da operiūt: qđ ipe ſibi ad id negocij parāt. Ca
rent hi omes (vt ſupꝛa dixi) quocunq̃ genere
ferri. carent ꝛ armis: vtpote ſibi ignotis nec ad
ea ſūt apti. nō ꝓpt coꝛpis defoꝛmitatē (cū ſint
bn̄ foꝛmati) ſꝫ qꝛ ſūt timidi ac pleni formidine.
geſtāt tn̄ p armis arūdines ſole puſtas: ī quaꝝ
radicibꝰ haſtile qddā ligneū ſiccū ꝛ in mucro
nē attenuatū figūt: neq̃ his audēt iugiter vti: nā


Oceanica :Claſſis

ſepe euenit cũ miſerim duos vel tris homines
ex meis ad aliquas villas:vt cũ eaꝝ loquerē-
tur incolis:exiſſe agmē glomeratũ ex Indis:
et vbi noſtros appropinquare videbãt:fugam
celeriter arripuiſſe: deſpretis a patre liberis ⁊
ecõtra.⁊ hoc nõ ꝙ cuipiam eoꝝ damnũ aliqđ
vel iniuria illata fuerit:immo ad quoſcũq͂ ap
puli ⁊ q̄bus cũ verbũ facere potui: quicqđ ha
bebã ſum elargit⁹:pannũ aliaq͂ ꝑmulta:nulla
mihi facta verſura: ſed ſunt natura pauidi ac
timidi. Ceteꝝ vbi ſe cernũt tutos:omni metu re
pulſo:ſunt admodũ ſimplices ac bone fidei ⁊
in omnibus que habent liberaliſſimi:roganti ꝙ
poſſidet inficiat̄ nemo:quin ipſi nos ad id po-
ſcendum inuitãt. Maximũ erga oēs amorē p̄-
ſeferũt:dãt queq͂ magna ꝓ paruis. minima lꝫ
re nihilo ue ꝯtenti:ego attñ ꝓhibui ne tam mi
nima ⁊ nulli⁹ p̄cij hiſce darent̄:vt ſunt lancis/
paropſidis/vitriq͂ fragmēta/itē claui/ligule/
quanq͂ ſi hoc poterãt adipiſci:videbat̄ eis pul
cerrima mũdi poſſidere iocalia. Accidit enim
quēdam nautã: tantũ auri pondus habuiſſe
ꝓ vna ligula: quãti ſũt tres aurei ſolidi: ⁊ ſic
alios ꝓ alijs minoris p̄cij:p̄ſertim ꝓ blanquis no
uis:⁊ q̄buſdã nũmis aureis:ꝓ q̄b⁹ habēdis da
bãt q̄cqđ petebat vēditor:puta vnciã cũ dimi
dia ⁊ duas auri:vł trigĩta ⁊ q̄dragĩta bombici

pondo:quã ip̄i iã nouerãt.jtẽ arcuum/ampho
re/hydrie/dolijq́ fragmẽta:bombice ⁊ auro tã
q̃ beſtie cõparabãt.qđ quia iniquũ ſane erat:
vetui:dediq́ eis multa pulcra ⁊ grata q̄ mecũ
tulerã nullo īteruenīēte p̄mio:vt eos mihi fa-
ciliꝰ ꝯciliarē:fierētq́ xp̄icole:⁊ vt ſint proni in
amorē erga Regē Reginã principeſq́ noſtros
et vniuerſas gētes Hiſpanie:ac ſtudeãt ꝑq̄re-
re ⁊ coaceruare:eaq́ nobis tradere q̄bꝰ ip̄i af-
fluūt ⁊ nos magnop̄e īdigemꝰ. Nullã hij norūt
ydolatriã:imo firmiſſime credūt oēm vim: oēm
potētiã:oīa deniq́ bona eſſe ī celo: meq́ inde
cū his nauibꝰ ⁊ nautis deſcēdiſſe:atq́ h aīo vbi
fui ſuſceptus poſtq̄ metū repulerãt. Nec ſunt
ſegnes aut rudes:quin ſummi ac ꝑſpicacis in-
genij:⁊ hoīes qui tranſfretãt mare illđ:nō ſine
admiratiōe vniuſcuiuſq́ rei rationē reddunt:
ſed nūq̄ viderunt gentes veſtitas:neq́ naues
hmōi. Ego ſtatim atq́ ad mare illđ ꝑueni:e pri
ma inſula quoſdã Indos violenter arripui: q̄
ediſcerēt a nobis:⁊ nos ꝑiter docerent ea:q̄ ꝓ
ipſi in hiſce partibus cognitionē habebant. et
ex voto ſucceſſit:nã breui nos ip̄os:⁊ hij nos:
tum geſtu ac ſignis:tum verbis intellexerunt.
magnoq́ nobis fuere emolumēto. veniunt mō
mecū tn̄ qui ſemꝑ putant me deſiluiſſe e celo
q̄uis diu nobiſcū verſati fuerint hodieq́ ver-

ſenſ. ⁊ hi erant primi: q̄ id quocūq3 appellaba
mus nunciabāt: alij deinceps alijs elata voce
dicētes. Venite venite ⁊ videbitis gētes ethe
reas. Quāobrē tā femie ꝙ̃ viri: tā impuberes
ꝙ̃ adulti: tam iuuenes ꝙ̃ ſenes: depoſita formi
dine paulo ante ↄcepta: nos certatim viſebāt
magna iter ſtipāte caterua alijs cibū/ alijs po
tum afferentib⁹: maximo cū amore ac beniuolē-
tia incredibili. Habz vnaqueq3 inſula multas
ſcaphas ſolidi ligni: ⁊ ſi anguſtas: longitudine
tn̄ ac forma noſtris biremib⁹ ſimiles: curſu aūt
velociores. Regunt remis tantūmodo. Harū
quedā ſunt magne: quedā parue: quedā ī me-
dio ↄſiſtunt. Plures tamē biremi que remigēt
duodeuiginti tranſtris maiores: cū qb⁹ in oēs
illas inſulas: que innumere ſunt: traijcit. cūq3
his ſuā mercaturā exercēt: et inter eos comer-
tia fiunt. Aliquas ego harū biremium ſeu ſca-
pharū: vidi q̄ vehebāt ſeptuaginta ⁊ octuagin
ta remiges. In omnib⁹ his inſulis nulla eſt di-
uerſitas inter gentis effigies. nulla in moribus
atq3 loquela: quin oēs ſe intelligūt adinuicē:
que res ꝑutilis eſt ad id qđ ſereniſſimū Regē
noſtrū exoptare precipue reor: ſc3 eorꝝ ad ſan
ctam xp̄i fidem ↄuerſionē. cui quidē quantum
itelligere potui facilimi ſunt ⁊ ꝓni. Dixi quē-

admodū ſum pgreſſus antea inſulā Johanā
p rectū tramitē occaſus in orientem miliaria
cccxxij. ſm quā viā ꝛ intuallū itineris poſſum
dicere hāc Johanā eſſe maiorē Anglia ꝛ Sco
tia ſil: nanqꝫ vltra dicta. cccxxij. paſſuū milia:
in ea pte q̄ ad occidentē pſpectat: due: quas
non petij: ſup ſunt puincie: quaꝝ alterā Indi
Anan vocāt: cui⁹ accole caudati naſcunt. Tē
dunt in longitudinem ad miliaria. clxxx. vt ab
his q̄s veho mecū Indis pcepi: qui om̄is has
callēt inſulas. Hiſpane vero ambit⁹ maior eſt
tota Hiſpania a cologna vſqꝫ ad fontē rabidū
Hincqꝫ facile arguit ꝙ quartū ei⁹ lat⁹ qđ ipe
p rectā lineā occidentis in orientē traieci: mili
aria ptinet. dxl. Hec inſula ē affectāda ꝛ affe-
ctata nō ſpernēda in qua ꝛ ſi aliaꝝ olm vt dixi
p inuictiſſimo Rege nr̄o ſolenniter poſſeſſio-
nem accepi: earūqꝫ imperiū dicto Regi peni-
tus cōmittit: i oportuniori tn̄ loco: atqꝫ om̄i lu
cro ꝛ cōmertio ꝯdecenti: cuiuſdā magne ville:
cui Natiuitatis dn̄i nomē dedim⁹: poſſeſſionē
peculiariter accepi. ibiqꝫ arcem quandā eri-
gere extemplo iuſſi: que modo iam debet eſſe
pacta: in qua hoīes qui neceſſarij ſunt viſi: cū
om̄i armoꝝ genere: ꝛ vltra annū victu oportu
no reliq. Itē quādā carauellā: ꝛ p alijs ꝯſtruē
dis tā i hac arte q̄ʒ in ceteri peritos: ac eiuſdē


Inſula hyſpana

inſule Regis erga nos beniuolentiã ⁊ familia
ritatẽ incredibilẽ. Sũt em̃ gẽtes ille amabiles
admodũ ⁊ benigne: eo ꝙ Rex p̃dictus me fra
trem ſuum dici gloꝛiabat. Et ſi animũ reuoca
rent: ⁊ his q̃ ĩ arce manſerũt nocere velint: ne
queũt: quia armis carẽt: nudi ĩcedũt: ⁊ nimiũ
timidi. ideo dictã arcem tenẽtes: dũtaxat pñt
totã eã inſulã nullo ſibi imminente diſcrimine
(dũmodo leges quas dedim⁹ ac regimẽ nõ ex
cedãt) facile detinere. In omĩb⁹ his inſulis vt
intellexi: quiſq3 vni tm̃ ꝯiugi acquieſcit: p̃ter
pꝛincipes aut reges: q̃bus viginti habere lic3.
Femine magis q̃3 viri laboꝛare vident: nec be
ne potui intelligere an habeãt bona ꝓpꝛia: vi
di em̃ q8 vn⁹ habebat alijs ĩpartiri: p̃ſ̃tim da
pes/ obſonia/ ⁊ hmõi. Nullũ apd eos monſtꝝ
reperi: vt pleriq3 exiſtimabant: ſed hoĩes ma=
gne reuerẽtie atq3 benignos. Nec ſunt nigri ve
lut ethiopes. habẽt crines planos ac demiſſos
nõ degunt vbi radioꝛũ ſolaris emicat caloꝛ. ꝑ
magna nãq3 hic eſt ſolis vehementia: ꝓpterea
ꝙ ab eq̃noctiali linea diſtat. vbi videtur/ gra=
dus ſex ⁊ viginti Ex montiũ cacuminib⁹ ma=
ximũ q̃3 viget frig⁹: ſ3 id q̃dem modeta͂t In=
di: tũ loci ꝯſuetudie: tũ reꝝ calidiſſimaꝝ q̃b⁹
frequẽter ⁊ luxurioſe veſcunt pꝛeſidio. Itaq3
mõſtra aliq̃ nõ vidi: neq3 eoꝝ alicubi habui co

gnitionem:excepta quadaȝ inſula Charis nũ-
cupata : que ſecunda ex Hiſpana in Indiam
tranſfretãtibus exiſtit. quam gens quedam a
finitimis habita ferocior incolit. hi carne hu-
mana veſcunt. Habent predicti biremiũ gene
ra plurima :quibus in omnes Indicas inſulas
traiiciunt/depredãt/ſurripiũtqȝ quecũqȝ pñt.
Nihil ab aliis differunt niſi ꝙ gerunt more fe-
mineo longos crines. vtunt arcubꝰ et ſpiculis
arundineis:fixis(vt diximꝰ)in groſſiori pte at
tenuatis haſtilibꝰ.ideoqȝ habẽt feroces:qua-
re ceteri Indi inexhauſto metu plectuntur: ſȝ
hos ego nihili facio plus q̃ alios. Hi ſunt qui
coeunt cum quibuſdam feminis:que ſole inſu
lam Mateunin primã ex Hiſpana in Indiam
traiicientibꝰ habitant. He autẽ femine nulluȝ
ſui ſexus opus exercent:vtunt eñ arcubꝰ ⁊ ſpi
cul' ſicuti đ earꝝ ꝯiugibꝰ dixi muniũt: ſeſe lami
nis eneis q̃ꝝ maxia apđ eas copia exiſtit. Ali
am mihi inſulã affirmant ſupradicta Hiſpana
maiorẽ: eiꝰ incole carẽt pilis.auroqȝ int alias
potiſſimũ exuberat. Huiꝰ inſule ⁊ aliaꝝ q̃s vi
di hoĩes mecũ porto:q̃ hoꝝ q̃ dixi teſtimoniũ
phibẽt. Deniqȝ vt nři diſceſſus et celeris reuer
ſiõis cõpẽdiũ:ac emolumẽtũ breuibꝰ aſtringã
hꝰ polliceor:me nřis Regibꝰ inuictiſſimis puo
eoꝝ fultũ auxilio:tantũ auri daturꝝ quantum

eis fuerit opus. tm̄ vero aromatuȝ. bombicis.
maſticis (q̄ apud Chium dūtaxat inuenit) tan
tūq; ligni aloes. tantum ſuoꝝ hydrophilato-
rum: quantū eoꝝ maieſtas voluerit exigere.
item reubarbarū ⁊ alia aromatuȝ genera: q̄ hi
quos in dicta arce reliqui iā inueniſſe: atq; in-
uenturos exiſtimo. q̄nquidem ego nullibi ma-
gis ſum moꝛatus niſi quantū me coegerūt vē-
ti: preterq̄ȝ in villa Natiuitatis: dū arcem con-
dere ⁊ tuta oīa eſſe pꝛouidi. Que ⁊ ſi maxīa
et inaudita ſunt: multo tamē maiora foꝛent ſi
naues mihi vt ratio exigit ſubueniſſent. Ueꝝ
multū ac mirabile hoc: nec noſtris meritis coꝛ
reſpondēs: ſed ſancte Chꝛiſtiane fidei: noſtro-
rumq; Regū pietati ac religioni: quia qđ hu-
manus cōſequi nō poterat intellectus: id hūa-
nis conceſſit diuinus. Solet eīm deus ſuos ſu
os: quiq; ſua p̄cepta diligūt: etiā ī impoſſibili-
bus exaudire: vt nobis ī pſētia ꝯtigit: q̄ ea ꝯſe
cuti ſumꝰ: q̄ hactenꝰ moꝛtaliū vires mīme atti
gerāt. nā ſi haꝝ inſulaꝝ q̄piā aliq̄d ſcpſeꝛt aut
locuti ſūt: oēs p ambages ⁊ ꝯiecturas nemo ſe
eas vidiſſe aſſerit: vn̄ ꝓpe videbaꝛ fabula. Igi
tur Rex ⁊ Regia p̄ncipes ac eoꝝ regna feliciſ
ſima: cūcteq; alie Chꝛiſtianoꝝ ꝓuincie Salua
toꝛi dn̄o nr̄o Jeſu xp̄o agamꝰ grās: q̄ tāta nos
victoꝛia munereq; donauit: celebꝛēꝛ ꝓceſſiōes

peragant ſolennia ſacra. feſtaqꝫ fronde velent
delubꝛa. Exultet Chriſt⁹ ĩ terris: quēadmodū
in celis exultat: cum tot populoꝛum ꝑditas añ
hac animas ſaluatum iri pꝛeuidet. Letemur ⁊
nos: tū ꝓpter exaltationē noſtre fidei. tum ꝓ-
pter rerū tempoꝛaliū incremēta: quoꝝ nō ſolū
Hiſpania ſed vniuerſa Chriſtianitas eſt futu-
ra ꝑticeps. Hec vt geſta ſunt ſic bꝛeuiter enar-
rata. Vale. Uliſbone pꝛidie ydus Marcij.

Criſtofoꝛ⁹ Colom Oceane claſſis Pꝛefect⁹.

Epigrama. R. L. de Coꝛbaria Epiſcopi Montiſpaluſij
Ad Inuictiſſimū Regē Hiſpaniaꝝ

Jam nulla Hiſpanis tellus addēda triūphis:
Atqꝫ parum tantis virib⁹/oꝛbis erat.
Nunc longe Eois regio depꝛenſa ſub vndis.
Auctura eſt titulos Betice magne tuos.
Unde repertoꝛi merito referenda Colūbo
Gratia: ſꝫ ſummo eſt maioꝛ habēda deo:
Qui vincēda parat noua regna tibiqꝫ ſibiqꝫ:
Teqꝫ ſimul foꝛtem pꝛeſtat ⁊ eſſe pium.

Brasiliana USP

BRASILIANA DIGITAL

## ORIENTAÇÕES PARA O USO

Esta é uma cópia digital de um documento (ou parte dele) que pertence a um dos acervos que participam do projeto BRASILIANA USP. Trata-se de uma referência, a mais fiel possível, a um documento original. Neste sentido, procuramos manter a integridade e a autenticidade da fonte, não realizando alterações no ambiente digital – com exceção de ajustes de cor, contraste e definição.

**1. Você apenas deve utilizar esta obra para fins não comerciais.** Os livros, textos e imagens que publicamos na Brasiliana Digital são todos de domínio público, no entanto, é proibido o uso comercial das nossas imagens.

**2. Atribuição.** Quando utilizar este documento em outro contexto, você deve dar crédito ao autor (ou autores), à Brasiliana Digital e ao acervo original, da forma como aparece na ficha catalográfica (metadados) do repositório digital. Pedimos que você não republique este conteúdo na rede mundial de computadores (internet) sem a nossa expressa autorização.

**3. Direitos do autor.** No Brasil, os direitos do autor são regulados pela Lei n.º 9.610, de 19 de Fevereiro de 1998. Os direitos do autor estão também respaldados na Convenção de Berna, de 1971. Sabemos das dificuldades existentes para a verificação se um obra realmente encontra-se em domínio público. Neste sentido, se você acreditar que algum documento publicado na Brasiliana Digital esteja violando direitos autorais de tradução, versão, exibição, reprodução ou quaisquer outros, solicitamos que nos informe imediatamente (brasiliana@usp.br).